**1199** A theatro ad occidentem prope marginem arcis septemtrionalem inter rudera basis quadrata, cuius pars inferior in terra latet, plus quam 1·00 ᵐ alta, 0·68 ᵐ lata, 0·58 ᵐ crassa; crepido in fronte ornatior, in utroque latere simplex, tergum rude; in angulis frontis acroteria; in plano summo pedum vestigia; litterae 0·04 ᵐ altae.



Τ̣οὺς δεσπότας τῆς
οἰκουμένης - - - - -
- - - - - - - - - - -





Paribeni et Romanelli 1913 descripserunt et ediderunt Mon. antichi 1914 XXIII 185 n. 132.

Benndorf 1892 descripsit et ectypum fecit, Kalinka 1908 descripsit.

E lineamentis, quae Benndorf adumbravit, post v. 2 nomina Imperatorum erasa esse apparet, quamquam Itali, qui v. 1 descripserunt //////ΟϹΕΔΕϹΠΟΤΙϹ(!), affirmant: le prime linee sono state scalpellate e rimangono solo le ultime.

Vestigia unius tantum statuae incisa sunt, quamquam in titulo plures nominantur.